AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 167
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

iudas interpositum ē illud de bethania quod recapitu
lando dixerunt. quonos praeter misso conteximus narratio
nem ut insinuaremus non repugnare ordinem temporū;
secdm marcum autem eodem bethaniae conuiuio quod recapitu
lando ipse interposuit similiter praeter misso tra seordo nar
rationis tenet. Erat autem pascha et azima post biduū
et quaerebant summi sacerdotes et scribae quomodo eum dolo
tenerent et occiderent. Dicebant enim non in die festo ne for
te tumultus fieret in populo. et iudas scarioth unus ex duo
decim abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum. et cet.
Iam hic inter illud quod dictum ē ne forte tumultus fieret in po
pulo. et illud adiunximus, et iudas scariotes unus ex duode
cim positum ē illud in bethania. Quod recapitulando dixe
runt, Lucas sane ipsam rem gestam in bethania praeter misit
haec diximus propter sex dies ante pascha quod dixit iohan
nes cum in bethania rem gestam narraret. et biduum ante
pascha quod matthe. et marcus quae dixerunt, Cum post
hoc a sedit dum illud ipsum in bethania quod iohannes cum memo
raret.

LXXVIIII.

Sequitur ergo matthe. Ab eo loco ubi finem fecimus
considerandae narrationes. et dicit, Tunc congregati
sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium
principis sacerdotum qui dicebatur caiphas. et consilium
fecerunt ut dolo tenerent et occiderent, Dicebant autem
non in die festo ne forte tumultus fieret in populo; Cum autem
esset ihs in bethania in domo simonis leprosi. Accessit ad
eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi. et effu
dit super caput ipsius recumbentis. et cetera usque ad illud
ubi ait. Dicitur et quod haec fecit in memoriam eius,
Nunc iam de muliere atq; unguento pretioso quod in bethania
gestum ē consideremus, Lucas enim quamuis simile factū
commemoret. Nomen q; conuenitat eius apud quem conuiuabatur dns,